DE VASTATIONE
URBIS
BRUXELLARUM.

Pro captu Lectoris, habent ſua fata Libelli.

PRÆDICTIO
ANTHONIÆ BOURIGNON
DE
VASTATIONE
URBIS
BRUXELLARUM
PER IGNEM.

Ex Collectaneis

IACOBI BARONIS LE ROY ET S. R. I. Toparchæ S. Lamberti.



Proſtant { Amſtelædami apud Henricum Wetſtein.
Bruxellis apud Henricum Fricx.

Anno MDCXCVI.

PRÆDICTIO ANTHONIÆ BOURIGNON DE VASTATIONE URBIS BRUXELLARUM PER IGNEM.

BRuxellæ nobiliſſima ac floreatiſſima Brabantiæ civitas, Sedeſque Principum Belgii: Dum alia regionis opida ac municipia frequentiſſima, deſerta fiunt, (hodierni belli injuriis, univerſam propemodum Europam, terrâ marique turbantis) immenſum creverat ruinis vicini agri, populo, opibus, ac ædificiis: quando horrendâ bombardatione, Gallica tempeſtas, in

illam erupit, die XIII Auguſti anno MDCXCV. Quâ, cum ipſa urbis curia, ſplendidiſſimi operis, ultra quinque domorum millia, interque ea, complura templa, monaſteria ac Principum palatia, tormentis bellicis, candentibus globis, ac catapultis igniariis, everſa & incenſa fuêre: ſoloque ita æquata, ut vix videas, quo ſteterint loco: Tantaque erat vehementia ignis agitati cauro, ut actum de civitate tota fuiſset, hoſtique ſeſe dedere, iſtis in anguſtiis cogi poterat, niſi graſsantibus flammis, Sereniſſimus Bavariæ Dux, ad omnia magna natus, expedito remedio, occurriſset. Ut autem quod ſentio dicam, non ſolum gloriari poteſt, ductu ſuo, Namurcum recuperatum; ſed inſuper, ductu ſuo, aſserta Bruxella: Quæ omnia, à nobis alibi planius memoranda. Excidium verò quod huic ſcriptioni materiam

riam dedit, prædictione non caruit: ſiquidem ex Libris Anthoniæ *Bourignon*, typis vulgatis Amſtelædami anno MDC-LXXIX. Conſtat, ab illa, prædictum Gandavi XV Januarii MDCLXVI.

Porrò conſentaneum videtur, priusquam demus vaticinii verba ipſa, indicare quædam, ad vitam moreſque fatidicæ ſpectantia. De illa itaque leguntur in Magno Dictionario hiſtorico, editionis Amſtelædamenſis anni MDCXCII pagina 485 iſta quæ ſequuntur.

ANTOINETTE BOURIGNON *naquit a l'Iſle en Flandres l'an* MDCXVI. *Ayant reſolu quitter le monde, elle ſe traveſtit en Eremite a l'age de dix huit ans, pour s'enfuir dans les deſerts. On la reconnut, & on l'arretta au Dioceſe de Cambray, ou l'Archevêque luy accorda une ſolitude; mais on l'obligea enſuite de ſe retirer ailleurs, parce qu'elle y vouloit vivre avec*

quelques autres filles, ſans autre vœu & ſans autre regle que l'amour de Dieu & l'Evangile. ANTOINETTE BOVRIGNON *ſe renferma alors dans une chambre, ou elle vêcut ſeule pendant quatre ans. Ses parens étant morts, elle contribua a la fondation d'un Hôpital, & y fut neuf ans occupée a inſtruire pluſieurs pauvres filles. Y ayant receu quelque mécontentement, elle abandonna cet Hôpital, & fit pluſieurs voyages en divers lieux durant le reſte de ſa vie. Elle mourut a* Franeker *l'an* MDCLXXX. *Sa maniere de vivere toute particuliere a donné quelque ſujet de croire qu'elle vouloit faire une Secte. Elle a laiſſé pluſieurs traites de pieté qu'on relie en dix huit volumes in octavo. Republique des lettres. Avril* MDCLXXXV. *Sup.*

Prædicta *Anthonia Bourignon*, in Tractatu, cui titulus *Tombeau de la fauſſe Theologie*, parte III, epiſtola XII, ſcri-

pta

pta Gandavo xv Januarii MDCLXVI. ad Dominum *de Cort*, paginâ 178 editionis Amſtelędamenſis anni MDCLXXIX, His verbis prædixit Bruxellarum vaſtationem per ignem.

Je ne voy point que je me puiſſe arreſter à Bruxelles, encore bien que j'aurois toutes les permiſſions requiſes; ne fut que ce ſeroit auſſi pour peu de temps; D'AVTANT PLVS QVE BRVXELLES DOIT PERIR PAR LE FEV; *ſi j'ay bien veu, comme je vous diſois eſtant chez Maſuriel:*

Paulò poſt, *Peut-eſtre que Dieu veut que je demeure encore à Gand, pour les raiſons qu'il ſcait. Je ſuis a luy en tout lieux, priant que ſeriez de meſme, avec tous ceux qui aiment vrayement la Verité.*

Circa finem epiſtolæ *Monſieur N. a bien deſir de voir l'explication du 24 Chapitre: il eſt certes fort dans la Verité,*

té, plus qu'homme que je connoiſſe. Sa ſcience Mathematique luy fait voir qu'il n'y a plus rien dans le Monde qui ſoit bon : & moy, je voy une ſeule choſe, qui eſt, que l'Ecriture eſt encore veritablement viſible.

Ex his patet, vaſtationem Bruxellarum non caruiſse præſagio, nec præſagium eventu.

Verum, cum *Anthonia Bourignon* in ſua epiſtola fateatur probè ſe noviſſe inſignem Mathematicum, quem ſummopere laudat, ſuppreſſo tamen nomine, quis ſcit? an non ab illo fuerit edocta, audiveritve imminentem Bruxellæ ruinam.

Multa olim à peritis Mathematicis prædicta, teſtantur ſcriptores graviſſimi: Stupenda ſunt torquentque non mediocriter, ingenia eruditorum, quæ in rem iſtam, ſcribit Tacitus Annalium Lib. VI his verbis. *Non*

Non omiſerim præſagium Tiberii, de Ser. Galba tum conſule; quem accitum, & diverſis ſermonibus pertentatum, poſtremo Græcis verbis in hanc ſententiam adlocutum: Et tu Galba quandoque deguſtabis imperium; ſeram ac brevem potentiam ſignificans; ſcientiâ Chaldæorum artis, cujus apiſcendæ, otium apud Rhodum, magiſtrum Traſullum, habuit, peritiam ejus hoc modo expertus. Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte ac liberti unius conſcientia utebatur. Is litterarum ignarus, corpore valido, per avia ac derupta (nam ſaxis domus imminet) præibat eum cujus artem experiri Tiberius ſtatuiſſet: & regredientem, ſi vanitatis aut fraudum ſuſpicio inceſſerat, in ſubjectum mare præcipitabat, ne index arcani exiſteret. Igitur Traſullus iiſdem rupibus inductus, poſtquam percontantem commoverat, imperium

perium ipſi, & futura ſollerter patefaciens: interrogatur, an ſuam quoque genitalem horam comperiſſet, quem tum annum, qualem diem haberet. Ille poſitus ſiderum, ac ſpatia dimenſus, hærere primo, dein paveſcere: & quantum introſpiceret, magis ac magis trepidus admirationis & metus, poſtremo exclamat, ambiguum ſibi ac prope ultimum diſcrimen inſtare. Tum complexus eum Tiberius, præſcium periculorum, & incolumem fore gratatur; quæque dixerat oracli vice accipiens; inter intimos amicorum tenet. Sed mihi hæc, ac talia audienti, in incerto judicium eſt, fatone res mortalium & neceſſitatè immutabili, an forte volvantur, quippe ſapientiſſimos veterum, quique ſectam eorum æmulantur, diverſos reperies; ac inſitam opinionem, non initia noſtri, non finem, non denique homines Diis curæ. Ideo creberrima & triſtia in bonos,

læta

læta apud deteriores eſſe. Contra alii, fatum quidem congruere rebus putant, ſed non è vagis ſtellis, verum apud principia, & nexus naturalium cauſſarum, ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt: quam ubi elegeris, certum imminentium ordinem. Neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos qui conflictari adverſis videantur, beatos; acpleroſque, quamquam magnas per opes, miſerrimos: ſi illi gravem fortunam conſtanter tolerent, hi proſpera inconſulte utantur. Ceterum plurimis mortalium non eximi, quin primo cujuſque ortu ventura deſtinentur: ſed quædam ſecus quam dicta ſint cadere, fallaciis ignara dicentium, ita corrumpi fidem artis, cujus clara documenta, antiqua ætas & noſtra tulerit. Quippe à filio ejuſdem Traſulli, prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur.

Et Mundum tradidit diſputationi eorum. *Eccleſiaſtes cap.* III *verſ.* XI.

FINIS.